


foret ipse trigonus : tunc quadra vtrumque
latus continens ipsum angulum , vtpote A,
B, & A, C, fient 36. & 81. & diuide per 3. si
vis $\frac{1}{3}$: vel per 4. si vis $\frac{1}{4}$: & ita per deno-
minatores partis auferendæ, ponamus igitur
quod velim $\frac{1}{3}$ diuido 36. per 3. exit 12. &
81. per 3. exit 27. horum capias 2. erit igitur
punctus D, distans à puncto A, per 2. 12 :
& est quasi $3\frac{1}{2}$: & punctus E, distans à pun-
cto A, per 2. 27. quæ est quasi $5\frac{1}{5}$: & ibi
ducta linea D, E, fiet area A, D, E, $\frac{1}{3}$ totius
trigoni A, B, C.


40. Et ex hoc habita area trigoni A, D, E. &
duobus eius lateribus, habes tertium per
quintam regulam : vel quod plus est scita
area trigoni A, B, C, & quantitate A, D,
cognosces D, E, & A, E, & similiter cognita
area A, B, C, & linea D, E, cognoscetur
area trigoni A, D, E, & latera similiter A,
D, & A, E, & quod plus est cognita area
trigoni A, B, C, & A, D, E, cognoscetur
latera trigoni A, D, E, faciendo positionem vt
in tertia regula, ad quam non me extendo
quia rara est vtilitas, & etiam propter fa-
cilitatem : ita tamen quod in hac regula
semper supponitur linea D, E, æquidistans
B, C.

41. Et ex his sciemus in omni figura abscin-
dere quamcunque voluerimus partem, ab
omni parte, siue ab angulo, siue per lineam
æquidistantem, siue transversalem, & po-
nemus exemplum in pentagono A, B, C, D, E,



cognitorum laterum in quo ex parte an-
guli B, volo abscindere tabulas 10. produco
lineam A, C, quam mensurando inuenio giu-
catas 10. brachia 6. erit igitur trigonus A,
B, C, aream habens tabularum 21. pedum 5.
vnciarum 11. igitur per septimam regulam
scies abscindere tabulas 10. per lineam æqui-
distantem lineæ A, C, siue angulo B, quod
idem est, & erit, B, C, giucata $5\frac{57}{100}$: & B, F,
giucata $3\frac{53}{83}$: quod constat hoc modo : nam
B, C, est giucata 8. brachia 2. quod est $8\frac{1}{6}$:
duco in se fit $66\frac{35}{76}$: multiplico per 10. aream
auferendam fiunt $666\frac{27}{78}$. diuido per 21. 5. 11.
& est fere $21\frac{1}{2}$: duplicando fit 43 : diuisor de
1333 $\frac{8}{9}$: exit $31\frac{1}{48}$ de 1000000. exit 20833 :
addo ad 31000000. fit 31020833. cuius 2.
est $5\frac{57}{100}$ fere & ita B, G tanta erit ex septi-
ma regula, eodem modo duco 5. 4. quod
est $5\frac{1}{3}$ in se fit $28\frac{4}{9}$. multiplico per 10. fit
 $284\frac{4}{9}$: diuido per $21\frac{1}{2}$ duplicando exit 13
 $\frac{2}{9}$: multiplico $13\frac{2}{9}$ per 1000000. fit
13222222. huius capio 2. quæ est $3\frac{53}{83}$ fere :
& tanta erit B, F.

Quod si velles abscindere plusquam fit
area trigoni A, B, C, vtpote tabulas 30.
tunc auferes totum trigonum A, B, C, qui
est 12. 5. 11. & remanebant tabulæ 8. pedes
6. vnc. 1. tunc igitur est ac si diceros auferas
ex superficie A, C, D, E, per lineam æqui-
distantem A, C, aream tabularum 8. pe-
dum 6. vnciarum 1. & hoc docebo in-
ferius quomodo fiat, quare eo facto erit tri-
gonus A, B, C, cum illa superficie tabu-
larum 30. prout volebamus.



Et similiter operabimur in linea transuer-
sali, & ponamus vt A, C, fit $10\frac{1}{2}$. &
velim auferre tabulas 10. per lineam tran-
sversalem ductam à puncto B, tunc cum
per primam regulam area trigoni A, B, C,
fit 21. 5. 11. duco 10. tabulas abscinden-
das in A, C, quæ est $10\frac{1}{2}$ fit $105\frac{1}{2}$, di-
uido per $21\frac{1}{2}$ & est area fere trigoni A,
B, C, exit $4\frac{39}{43}$. & tantum distans cadet
linea B, F, ab ipso puncto A, vel C, si
igitur sit A, F, $4\frac{39}{43}$ erit trigonus A, B, F,
10. tabularum : & si C, F, poneretur
 $4\frac{39}{43}$ esset trigonus B, C, F, 10. tabula-
rum.

Quod si velles abscindere plusquam est
trigonus A, B, C, vtpote tabulas 40. per
lineam ductam à puncto B, tunc protrahes
lineam à puncto B, ad punctum D, &
scies quanta sit area trigoni B, C, D, quæ
si sit maior quam 40. tunc abscindes vt
feci tabulas 40 ex trigono B, C, D, per
lineam ductam A, puncto B, ad basim C,
D, si vero trigonus B, C, D, sit minor quam
40. tabulæ, detrahe eius quantitatem quæ sit
exempli gratiæ 34. ex 40. remanebunt 6.
tabulæ, quas auferes ex trigono B, D, E,
ducta linea B, E, & ita de reliquis per ean-
dem regulam non prolongabo autem ser-
monem quia res admodum est facilis, quod
si non intelligis indiges Magistro pro vna
vice, semper enim auferes trigonorum are-
am ex numero tabularum, & residuum au-
feres per primam regulam ex trigono se-
quenti, per lineam ductam ab angulo tuo
ad basim, memineris autem lineas semper
facientes trigonos & diuidentes aream, ab
angulo à quo vis facere diuisionem esse pro-
ducendas.

Quod si velles ex parte lineæ A, B, per
lineam æquidistantem abscindere superfi-
ciem tabularum 12. gratia exempli, & sint
latera vt vides tunc produces latera B, C, &
A, E, ad partem angustiore ad quam con-
currere possunt, vtpote ad punctum F, &
fit